ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 40v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



partibus / et diffinire et partiri et collige
sciat / Colligendiq; facultatem triplici di
uersitate tractari non ignoret / Quia uel ueris
ac necessariis / uel tantum probabilibus aut
apertissime falsis / argumentacionibus
disputacio decurrit / Non tamen hac in re quoselam
~~Viennenses~~ viennenses imitacione dignos dixerim / Nimis
enim multum tempus in sophisticis / et cauillo
sis exponunt argumentis / ut apud eos logice
studium non utilitate sed morte terminetur
Ob quam rem non probat in officiis C. Sul
picium neq; Sextum pompeium / Cicero / qui
nimis magnam diligenciam nimisq; multam
operam in geometria posuerunt / neq; qui se
totos dialeticis / ac iuri ciuili dederunt quamuis
enim artes huiusmodi in ueri uestigacione uersentur
Earum tamen studio a rebus gerendis abduci
contra officium est quia uirtutis omnis laus
ut ille dicit in accione consistit. Fugienda
est omnis artis supuacua imitacio que licet
nihil mali uideatur habere / Vanum tamen
laborem deposcit / et ab utili negocio detrahit
qualis fuit illius qui teste quintiliano grana
Ciceris ex spacio distante missa in acum
Continuo et sine frustracione inserebat
quem cum spectasset / Alexander donasse eum
dicitur eiusdem leguminis modio quod
quidem premium fuit illo opere dignis
simum

Vtrum musice doctrina sit regi puero tradenda